© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

IX.

Briefe aus der Vorzeit.

Mit kurzen erläuternden Anmerkungen.

Von J. K. S.

1.

Schreiben des Unterwälder Dechanten und Reußmärkter Pfarrers Georg Hutter an die Capitularen.

Salutem et quae in tanta patriae afflictissimae consternatione in solidam animorum nostrorum consolationem quidquam contribuere possunt auxilia divina! una cum promptitudinis meae commendatione.

Viri maxime venerabiles clarissimi praeclari domini in Christo fratres, compater et affines devinctissimi honorandissimi. [1])

1) Aus dem Archive des Unterwälder Capitels. Veranlaſſung des Rundſchreibens war die Meldung des Superintendenten Lucas Graffius, daß die lange Zeit vergeblich betriebenen Confirmationen der neu erwählten ev. Pfarrer endlich von Wien angelangt ſeien, und der Befehl die Confirmationstaxen eheſtens nach Birthelm zu ſchicken. Die nachfolgende den Synodalartickeln von 1708 entlehnte Notiz über die Lage Hutters und des Unterwälder Capitels danke ich der Güte des H. Profeſſor Andreas Gräſer in Mediaſch: Clariss. D. Antesilvanus Capituli sui infelicitatem tangit, quod intra paucos annos duobus Decanis ante rationem redditam privatum sit, ac b. D. Ritteri reculis in itinere Cibinium versus ab hoste interceptis, praeclaro

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Altam vivere pacem ac tranquillitatem homines in plaga Birthalbensi, nec de nostris calamitatibus ullam vel informationem vel compassionem habere praesentes confirmant edocentque Episcopales cursivae [2]) Quasi vero Confirmationum Taxis nunc vacare nobis licebit, dum in praesentissimo vitae facultatumque periculo sumus constituti, hostilesque invasiones praedas incendia et depopulationes in omnes horas submetuendas habemus! Plurimi etiam Dominorum Confirmandorum fratrum securitatem suam in urbe quaesierint, et quae maximi momenti res est, quisque qualemcunque suam substanciolam pecuniariam, unde litrum (?) Confirmatorium pendere quirent, vel abdiderit vel procul a se demiserit [3]) Consulant igitur

autem D. Huttero Capituli Notario domi suae ab hoste spoliato, publicorum etiam Capituli documentorum dispendium adiverit

2) War aber Birthelm von den in dem Briefe erwähnten Calamitäten verſchont, ſo hatten ihm frühere Drangſale tiefe Wunden geſchlagen. Seine Schuldenlaſt war ſo drückend, daß es 1715 auf ſein eignes und auf Anſuchen des Mediaſcher Magiſtrats von der ſächſiſchen Univerſität auf 6 Jahre von allen Abgaben freigeſprochen wurde. H. Prof. Gräſer hat wohl nichts dagegen, wenn ich dieſe von ihm erhaltene Notiz hier einſchalte. Den betreffenden Univerſitätserlaß finden die Leſer in den Blättern für Geiſt u. ſ. w. Jahrg 1846. Nro. 38.

3) In wenigen Worten einer gewandten Feder ein ergeifendes Bild von der damaligen Lage der ev. Geiſtlichen des Sachſenlandes. Aehnlich hatte der Dechant ſchon am 16. April, als er Einſendung des Census cathedraticus aufforderte, geſchrieben: Georgica sua laete exercentibus omnibus Georgis (der Georgstag iſt der altherkömmliche Termin der Leiſtung jenes Zinſes) ac rurali operae deditis, ridente etiam nunc undique anno formosissimo Tristia nos Georgica ex Pacto Tristium occinere sumptuosumque melos aureum (der Zins wird in Ducaten berechnet) S. Georgio in dioecesi nostra sacrum lamentabili voce cum Judaeis ad fluvios Babelios plangentibus psallere, nec

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

in medium Vrae cl. Praecl. Dominationes, quid cl. D. Superattendenti replicandum foret! Intra Octiduum enim demandata expedire, ipsamet impossibilitas obicem ponit! Mihi pergratum esset personaliter cum cl. P. V. DD. conferre. Ac si equos domi haberem, abs omni cunctatione Sabesum transvolassem. Sic autem destitutus in literaria consultatione acquiescere debebo. Quam ut ad crastinam usque meridiem una cum Episcopalibus Cl. ac P. V. DD. indubitato mihi appellere ac insinuari faciant maxumopere precor. Omnem autem spem adimplerent meam, si vivas semet praesentare epistolas resolverent. Id quod debita parilique promptitudine demereri conarer. Perseverans interea Cl. ac Pr. V. DD. devinctissimus.

Georgius Hutterus m. pr.

Raptissime Mercurii 6. Augusti 1717.

---

non pro Dominica Jubilate Festivitatem Ejulate comportatione census nostri Cathedratici celebrare cogimur etc. etc. Kein Wunder. An den Grenzen des Landes tobte der Türkenkrieg, im Lande ſpukte ſchon hin und wieder die Peſt, und die Beutel der Geiſtlichen waren durch wiederholte und ſchwere Krigsſteuern ganz erſchöpft worden. Die Leiſtungen der ev. Geiſtlichkeit betrugen in dem genannten Jahre nicht weniger als 13387 ungriſche Gulden; kurz vorher (27. Februar) hatte der Superintendent dem Unterwälder Capitel die Lieferung von 250 Kübeln Getreide als den auf daſſelbe fallenden Antheil an den 2000 Kübeln, welche der Clerus liefern ſollte, angekündigt. Ob dem Wunſche des Superintendenten willfahrt worden ſei, bei der Auftheilung dieſer Laſt die Aermern zu verſchonen und diejenigen, welche ungemeſſenen Aufwand trieben (qui holosericis auratiis limbis et id genus aliis per fastum abutantur, sejugibus vehantur, rhedis exoticis ineptiant — in quorum censum veniunt corymbio sive capillamento adscititio formam vendentes) vorzugsweiſe zu beſteuern, finde ich nirgends angemerkt.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

2.

Zur Charakteriſtik des Jahres 1718.

Maxime Venerabiles clarissimi Praeclari, reverendi atque praestantissimi Domini, Decane Senior ceterique Ven. Capituli Antesylvani fratres; Domini mihi in Christo fratres ac fautores honorandissimi. Salutem et pacem animi simul ac corporis cum officiorum meorum debita oblatione [4]).

Belli periculosissimi calamitatem per Dei gratiam detonuisse prospero Aug. Imperatoris et Principis nostri clementissimi eventu [5]) uti piis et devotis animis agnoscere et grates debitas numini coelesti persolvere habemus; ita quando irae divinae justissimae signa pluscula eaque manifestissima ante oculos nobis versantur, puta siccitates inusitatae, indeque annonae proventus attenuatissimus, cum caritate non minima, ut taceam hinc inde denuo erumpentes pestilentiae flammas [6]) quivis, cui vel guttula christiani

4) Aus dem Archive des Unterwälder Capitels.

5) Durch den Paſſarovizer Frieden war bekanntlich in dem genannten Jahre der Türkenkrieg ſehr vortheilhaft für Oeſterreich beendigt worden.

6) Die Peſt hatte zu Anfang des Jahres aufgehört; die Sperren waren im April aufgehoben worden. Eja! libertati pristinae hactenus interclusi hodie restituimur, ſchreibt der Omlaſcher Pfar. J. A. Lang 6. April Nauseam multi delicatuli ex nostro saltem aspectu contraxerunt, eheu infelices! Dei justum judicium quis potest effugere? Cuivis contingere potest, quod cuiquam, sciribit Plutarchus de J. Caesare. Quae cum ita sint, eo magis speramus omnes bonos non saltem nobis moerentibus jure naturae condoluisse hactenus, sed nos tanto libentius in suam

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

sanguinis superest, per se intelligit quo nos in tanto tamque praesente malo recipere habeamus, nempe ad offensum Patrem nostrum coelestem litando per veram et seriam poenitentiam preces deprecatorias immissae justissimae metuendaeque calamitatis. Quare ex communicatione cum spectabilibus Dnis Dynastis Incl. Nationis nostrae in hoc consensum est, ut publicae hoc nomine preces instituerentur, quibus per devotionem poenitentialem hae nostrae necessitates ad Deum deferantur cum imploratione ejus gratiae in N. Christi, ut nos benignissime respícere tempestivas pro satis serendisque pluvias coelitus dare atque adeo praesentem et quae imminet caritatem mitigare velit. Cui rei sacrae rite perficiendae singuli dies dominici destinati, ubi vel peracto summo quod vocatur officio (in civitatibus nimirum ad exemplum metropolitanae Cibiniensis) facto pulso campanae in templo confluendum praemissoque psalmo aliquo poenitentiali preces poenitentiales peragendae: vel in pagis nimirum sub ipsum dictum officium summum a praelectione Evangelii dominici consueta, praemisso item psalmo aliquo poenitentiali. Eritque hac in parte singulis in locis ipsius antistitis sacrorum cum suis symystis si quos aut quem habet, non modo se ipsos devotos et pios praestare atque hoc modo specimen luculentum Auditorio suae infucatae poenitentiae praebere, sed insuper non negligent suos ad devotam et seriam deprecationem cum emen-

---

societatem atque familiaritatem recepturos, quod magno cum solatio ex Vra Claritate expertus sum heri. Hodie ad nos Deputati excurrent, quie aedes infectas per suffitum a reliquiis pestis expurgaturi sunt. Infectis incolis consuetudo atque familiaritas cum sanis ad 2 septimanas interdicetur; sanis vero quorsumcunque excurrere, quibuslibet etiam ad nos commigrare ab hodie licebit. Quae cum s. t. a. DD. Dynastis nobis sint communicata, Claritati. Vrae ex officio communicare volui. etc.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

datione vitae non simulatae adhortari; utque integrum diem dominicum sicuti par et pium est devota ratione transigant nihilque ejus committant, unde aliqua ratione possit quasi contaminari vel discursationibus quod fit vagis et non necessariis vel saltationibus lascivis, de quo futura proxima congregatione Sp. ac generosus D. Comes Nationis ad Magistratus civiles specialibus monitoriis dabit quod justum aequumque fuerit . . . .

L. Graffius Superint.

Birthalbini a. 1718 d. 18. Octobris.

3.

Lieferungen.

Vesperi appulit generosi D. Joh. Francisci Pompeatii Commissarii Caesarei bellici epistola iterata recentior sed eo atrocior, [7]) qua acerbissime propter

7) Am 5. Januar 1691 hatte der Generaldechant L. Hermann dem Unterwälder Capitel geſchrieben, das Getreide ſolle nach Weiſſenburg, der Haber nach Deva, Fleiſch und Mehl aber nach Hermannſtadt geliefert werden — secus facturae, ſetzt er hinzu, horrendam et exemplarem de die in diem non solummodo animadversionem et indignationem, quin potius militarem iniquissimam exspectantes executionem. Quodsi vero (sicuti mihi minitatur) propter oscitantes executio in me derivabitur, solenissime protestabor, duplam inobedientes facturos refusionen. — Hoc momento, heißt es in dem Poſtſcript deſſelben Briefes, cum haec exararem, obruerunt me carnium executores Nro 12, quibus propter oscitantiam et inobedientiam nescio. Clar. Vrarum vel vero Surrogatiarum in singulos dies imperiales 12 extra foenum vinum et avenam exponere cogor. Er erſucht ſie daher eheſtens die noch rückſtändigen 13 Zentner und 83 Pf. Fleiſch nach Hermannſtadt zu ſchicken.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

nondum administratam avenam stationi Devaensi regiminisque Bolandici militibus ibidem existentibus jam non tam de negligentia verum contumaciae rebellionisque crimine arguimur, minitantis insuper, maximum in dilatione fore periculum praeque foribus avidos ad executionem stare milites, quas sane minitationes nemo prudens pro bruto habebit fulmine, si iisdem militum ad hoc usque momentum cervicibus meis propter paucorum Capitulorum supinam inobedientiam insidentium ferocia et ingluvies nota ac perspecta aeque ac mihi essent. Sine dubio cautius ac velocius mandato munere fungi suo malo discerent, sed quod mihi evenit hodie, cras V. V. Cl. contingere facile potest. Sint ergo VV. Cl. in id maxime intentae, quo nuperae meae adhortationi omnibus numeris satisfieri avenaeque quotum ad locum destinatum devehi et sine mora administrari queat. Alioquin justi Dei judicis judicium Nobilisque regni adimadversionem rigidamque militum executionem neutiquam effugient, desinant quoque sua socordia vel tandem aegrum animo et corpore languidum Officialem ejuscemodi indignis periculis et difficultatibus objicere. His hoc modo facientes superiorumque mandatis obtemperantes in Deo feliciter agere et valere desiderat earundem VV. Cl. amicus sincerus Lucas Hermannus eccl. Med. P. p. t. D. Generalis.

(Sollen fortgeſetzt werden.)

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Archiv des Vereins für Siebenbürgische Landeskunde

Jahr/Year: 1851

Band/Volume: 04

Autor(en)/Author(s): anonym?

Artikel/Article: Briefe aus der Vorzeit. 66-72